



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXCIII. Der Markgraf Otto von Brandenburg erlaubt dem Arnold von
Haversforde das Schloß Werder zu verkaufen an wen ihm beliebe, am 24.
April 1299.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

uehardus et Fredericus fratres de Aluensleue, Ludouicus de wanczleue, Johannes de Barby*) milites, et alii quam plures idonei et fide digni. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorum prefens scriptum exinde conferri et nostre Maiestatis sigilli munimine iussimus communiti. Datum apud Nurmberch, III. Non. Decembris, Anno Domini MCC. nonagesimo octauo, Ind. XII. Regni uero nostri anno primo.

Schoettgen et Kreyfigii Diplom. III, 398. 399. Ludewig Reliqu. Mspt. X, 31. — An beiden Orten ist die Urkunde so fehlerhaft abgedruckt, daß nur durch Vergleichung beider Abdrücke der Sinn herzustellen war.

CCXCIII. Der Markgraf Otto von Brandenburg erlaubt dem Arnold von Haversforde das Schloß Werder zu verkaufen an wen ihm beliebe, am 24. April 1299.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et de Landesberg Marchio, recognoscimus coram uniuersis et singulis in his scriptis publice profitentes, quod annuimus et liberam facultatem dedimus viro strenuo Domino Arnoldo de Haversforde dicto, ut castrum Werdere ad libitum suum, cuiuscunque decreuerit, vendat vel obliget. Et nos hanc obligationem seu venditionem dicti castri gratam tenebimus atque ratam. In huius rei euidens testimonium presentem litteram nostram patentem dedimus, nostro Sigillo roboratam. Datum in Castris Varsfelde, Anno Domini MCCXCIX, feria sexta post Pascha.

Bei Gudenus Cod. diplom. Mogunt. II, 291 mit cuique decuerit statt cuiuscunque decreuerit. — Das bezeichnete Schloß ist vielleicht Bodenwerder.

CCXCIV. Graf Konrad zu Wildberg und der Markgräflich Brandenburgische Vogt zu Coburg leihen Otto von Leibach die Rottfelder zu Werzbach, am 22. July 1299.

Nos C. dei gratia Comes de Wildperg et Christianus, advocatus in Koburg Marchionis Brandenburgensis, recognoscimus omnibus per presentes, quod Ottoni de Leybach et suis heredibus novalia sita in Werzbach contulimus et quidquid amplius super lucratus fuerit . . . suis laboribus in decima et in omni jure, libere, et absolute, hoc adjecto, quod is Otto de supra dictis novalibus et sui heredes pro quolibet agro dabunt unum denarium, daturum quolibet anno. Hujus rei testes sunt dominus Petrus plebanus in . . . et Lanmann miles, et Thotarius miles et . . . et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium nostro sigillo presentes dedimus communitas. Acta sunt hec anno domini M. CCXC^o IX^o in die beate Marie Magdelene.

Nach Schultes, Coburgische Landes-Gesch., Anh. S. 26 mit Correctur der augenscheinlichen Fehler.

*) Ludwig: Waivwoi.